UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disqvisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

In R. V. Martini Delrii Disqvisitiones Magicas. In Easdem Parodia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62472

Visual Library

IN R. V.

MARTINI DELRII DISQVISITIONES MAGICAS.

Iuſti Lipſi Carmen.

CVius doctũ opus hoc? quod ima, ſumma
Penna permeat, & ſagace mente
Sagas & Stygias ſtriges reuelat?
Quod tu Theſſala terra, voſq; Colchi,
Infames male cantibus patraſtis;
Quod Panes, Satyriq;, Duſiiq;
Peccaſtis, genus improbum ſalaxque;
Totum hoc eruit, erutis medetur:
Sed quis? Delrius eruditione,
Idem religione, clarus. ergo
Hic pura & liquida omnia; hic venena
Nulla, quæ timeas opinionum.
Huic libro faueas, faue tibi ipſe,
Atque iſtum lege, vt ima, ſumma noris.

IN EASDEM

PARODIA.

MAgia, quam libro hoc videtis obſidem,
Ait fuiſſe fraudium peculium,
Neque vllius medentis arte gloriam
Nequiſſe præualere, ſiue toxico
Opus foret necare, ſiue faſcino.
Et hoc negat feraciora Theſſali
Negare rura, noxiumq; Caucaſum.
Scythæq; ſaxa, conſcioſq; Colchicos,
Iberiam, tuumq; Taure verticem:
Vbi iſta, poſt Magia, floruit prius
Agreſtis herba, nam Promothei in iugo
Vapore ſæpe tabido imbuit ſata.
Zarate Mede, lethiferq; Dardane,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait Magia; poſtuma ex origine;
Tua exiiſſe dicit è proſapia,
Tuo exaraſſe perfidas ſtylo notas;
Et inde tot per æmulæ dolos manus
Decus tuliſſe, læua ſiue dextera
Opus patraret. aut vtrumq; mutuas
Suo dediſſet impigre vices hero.
Neque vlla vota Noxialibus Deis
Sibi eſſe facta, cum veniret à viro
Nouiſſimo hoc ad vſque ſæculum recens.
Sed hæc prius vere: nunc Apolline
Silet loquente, ſeque dedicat tibi
Apollo Delrie, atq; Apollo Delrii.

HERIBERT. ROSWEIDVS S. I.